Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Defectus in Missa occurrentes

[Speyer], um 1483

De defectu intencionis ministri

urn:nbn:de:bsz:31-86579

Visual Library

De defectu intencionis ministri.

Non solum necessaria sunt ad conficien-
dum p̄dicta verba. sed etiā requiritur inten
cio. qꝛ scdm Augustinū in sacramtis sine in
tencione nichil intelligitur vel agitur. Vn
de san. Thomas dicit. ꝙ ad pfectionem sa-
cramenti requiritꝛ intencio ministri que se
subiciat principali agenti. scilicet ꝙ intē
dat facere ꝙ xp̄us facit in ecclesia. ꝛ dicit
ꝙ nō est necessaria intencio actualis ꝫ suffi
cit habitualis vt cōficiatur puta si cum sa
cerdos accedat ad altare ad celebrandum
intendit facere quod facit ecclesia si postea
suspendatꝛ eiꝰ intēo p aliā occupacionem. si
ue occurrentem cogitacionem nichilomi-
nus perficitur sacramentum ex ꝟtute in-
tencionis proposite. tamen studiose cura-
re debet. minister sacramti vt etiā actualē
adhibeat intencionem. ꝛ dicit ꝙ cum aliqs
nō intendit sacramentum proficere sed de-
lusorie aliqd agere talis peruersitas tollit
ꝟtutem ꝯsecrādi ꝛ virtutem sacramenti p̄
cipue quādo intencionem exterius manife
stat. si autem intencio ministri peruertatur
quantum ad id quod sequitur sacramentū
puta si sacerdos intenderet conficere cor-
pus cristi vt eo aduentura vel ad exteriora
vteretur vt prius non a posteriori talis in
tencionis peruersitas veritatem sacramen-
ti nō tollit. sed minister ex tali intencione

grauiter peccat. dicit enim Albertus ꝙ ſi aliq̄ hoſtie ex obliuione remaneant in altari aut aliqua pars vini ⁊ ſacerdos conficit ſolum illa ſacramenta quia de eis non intendit.

¶ Durandus autem poſuit caſum. ſi ſacerdos habeat coram ſe. duodecim hoſtias et intendit conſecrare decem quero quot ſunt conſecrate. Reſpondet autem diſtinguendo ꝙ hoc poteſt primo duobus modis intelligi. Vno modo ꝙ numerus ſit ſolum in opinione ⁊ non in intencione. intencio autem ſit quitquid ſit coram ſe conſecrare verbi gracia.

¶ Si quis habeat conſecrare. ⁊ coram ſe habeat duodecim hoſtias. ⁊ oppinatur eſſe decem ipſe vero intendit conſecrare quitquid eſt coram ſe patet ꝙ eius opinio fertur ad intencionem ⁊ eius intencio non fertur ad numerum quia effectus conſecracionis ſequitur intencionem ⁊ non opinionem ⁊ ſic omnes ſunt conſecrate. ¶ Alio modo poteſt intelligi predictus caſus quando dicitur habet corā ſe vndecim hoſtias ⁊ intendit ↄſecrare decē ⁊ nō opinio ſ; intencio fertur ad numerū ita ſcilicet. ꝙ non velit pluſq̄ decem. ſed tantum decem cōſecrare tūc in tali caſu predictus doctor ſecundum intencionem ſuam dicit. ꝙ hoc duobꝰ modis contingere poteſt vno modo ꝙ ſciat

veritatem numeri ſcilicet ꝙ hoſtie ſunt vndecim ⁊ ex ipſis decem tantum conſecrare intendit. aut decem hoſtias diſtinguit q̄s intēdit ꝯſecrare ab vndecim qꝛ iā intendit ꝯſecrare patet ille decē tm̄ ſunt cōſecrate. de quibus intendit. ⁊ vndecima quam non intendit nō eſt cōſecrata. aut ſacerdos ſciat eſſe vndecim ⁊ intendit cōſecrare decem nō diſtinguendo vel determinando quas decem intendit ⁊ qꝛ vndecimā conſecrare nō intendit ⁊ ſic nulla eſt cōſecrata. ſi intendendo ex illis vndecim decem tantū conſecrare aliquam determinacōem ex ipſis nō faciat. Et cum iſto dicto ſatis concordat ſan. Thomas in tercia parte. q. lxiiij. vbi dicit ꝙ miniſter ſacramentorum eſt ſicut inſtrumentum principalis agentis ſcilꝫ xp̄i ⁊ eccleſie. ⁊ cum tale inſtrumētum habeat cognicionem. requiritur ꝙ ꝑ intencionem ſe determinet ad opus principalis agentis producendū. idem ſequitur vbi non determinat ſe ſcilicet ꝙ nichil operatur. ſi ſ͛o ſacerdos ignoret veritatem numeri hoſtiaꝝ ⁊ intendit decem hoſtias tantum ꝯſecrare dicit Durandus ꝙ eodem modo diſtinguendum eſt. vtrum determinet ſe. ⁊ quas decē intendit vel ꝙ non determinet. ⁊ reſpōdendū eſt ſicut in caſu immediate precedente ſ3 cum dubitatur de numero. reſpondetur hoc poſſe cōtingere ꝙ decem hoſtias videat extenſas ⁊ vna ibi lateat. ipſe enim in:

tendit omnes quas videt ⁊ nullam aliam
ↄſecrare vel poteſt eſſe · ꝙ decem eſſe po:
ſſunt ⁊ vna erat ibi quam neſciuit ⁊ omnes
alie ſunt conſecrate · Si autem vnam plus
ipſe poſuerit ꝙ̄ credidit vel alius vndecim
poſuerit ⁊ ipſe mandauit pom decem ⁊ non
intendit conſecrare niſi decem tantum tunc
nō eſt determinata eius intencio ⁊ ſicut ſu:
pradictum eſt nulla eſt cōſecrata·

De defectu veſtimentorum ·

Sciendum eſt · ꝙ ſm ſanctum Thomā ⁊
Albertum ⁊ omēs doctores theologos ſi
obmittatur aliquod de hijs · que ad ritum
celebracionis ptinent · quilibet obmittens
aliquod tale puta tempus debitum altare
veſtes ⁊ huiuſmodi grauit' peccat · nichil:
ominꝰ conſecrat · ſi eſt ordinatus ⁊ aſſit eiꝰ
intencio ⁊ debita materia ⁊ debita forma
cum intencione ⁊ ordo in conficiendo · q̄dꝫ
quid horum quatuor deficiat · nō confici:
tur ſacramentum · ex hijs vero quatuor q̄:
buſcunqꝫ alijs deficientibus veritas adeſt
ſacramenti ·

Secundum Hoſtienſem ſufficit ꝙ vnus
ſit preſens in miſſa qui ſacerdoti reſponde:
at q̄uis de conſecracione dicatur ꝙ duo re
quirūtur ·

Mulier in miſſa miniſtrare non poteſt · Etiā
ſine lumine nō debet aliquis miniſtrare · ex̄
de celebracōe miſſarum · c · ex parte · ⁊c̄ ·

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg